

quoque omnia supradicto domino nostro firma servare promisimus et iuravimus tactis sacris et super eo nostras munitiones obligavimus et his praesentibus obligamus, nos Albertus Thuringorum lantgravius castrum Arnishouge et civitatem dictam Nuenstadt^{e)}, nos Otto marchio de Brandeburch Lobstete et Schapowe^{f)} cum ipsorum pertinentiis, quas Bartholomeo de Liuenowe praesentavimus nomine pignoris retinendas, ita quod quicumque nostrum praedicta infregerit et infra mensem postquam ammonitus fuerit non retractaverit, praefatus Bartholomaeus illius munitiones domino episcopo sine omni vara praesentabit sibi et suae ecclesiae perpetuo possidendas. Omnia quoque praedicta successori domini nostri episcopi si ab hac vita decesserit in omnibus conditionibus firma servabimus et illaesa. Nos etiam post concordiam gwerrae praesentis habitam saepedicto domino nostro et suae ecclesiae fideliter astare promisimus domino nostro ex merito ut tenemur, quod etiam ipse nobis faciet vice versa, super quo praesentem literam conscribi fecimus et nostrorum sigillorum munimine roborari. Testes huius rei sunt nobilis vir Geuehardus de Querenvorde, Guntherus de Slatheim, Bartholomaeus de Liuenowe, Otto de Ileburch dictus Went, Albertus de Clepz, Fredericus de Oztrowe, Otto de Vipense, Conradus de Redere, Heyso de Schapowe, Vlricus de Zweym, Mattias Nuenburgensis ecclesiae canonicus, Alwardus nostrarum curiarum prothonotarii. Actum et datum Yleburch anno domini M^o. CC^o. XC^oI^o. XVIII. Kal. Decembris.

Nach dem Orig. im Stiftsarchiv zu Merseburg mit den Siegeln an Pergamentstreifen; das des Markgr. Otto ist abgefallen.

e) Arnshauk und Neustadt an der Orla im Grossherzogth. Sachsen. f) Schkopau bei Merseburg. Unter Lobstete wird wohl *Lochstete*, die Stadt Lauchstädt im Kreise Merseburg zu verstehen sein.

No. 18. 1291. 14. Nov.

Landgraf Albrecht von Thüringen und Markgraf Otto von Brandenburg setzen alle in den vier Gerichtsstühlen Rötha, bei der Steingrube vor Leipzig, Lützen und Ranstädt Wohnenden und Angesessenen von der mit dem Bischof Heinrich von Merseburg getroffenen Verabredung in Kenntniss und fordern sie auf, dem Bischof zu hulden und ihre Lehne von ihm zu empfangen, versprechen alle Förderung im Falle des Gehorsams, sind aber im andern Falle zu Unterstützung desselben verpflichtet.

Datum Ileburck anno domini M CC X CI. quarta feria post diem Brixii.

Orig. im Stiftsarchiv zu Merseburg.

Peifer memorabb. Lipsiens. p. 130. — Vogel Leipz. Annal. S. 34. — Wilkii Ticemannus. Cod. dipl. p. 96. — Buchholtz Gesch. d. Churmark Brand. Th. IV. Urk. Anh. S. 124. — Riedel cod. dipl. Brand. II. Bd. 1. S. 198. —

Eine zweite Ausfertigung in demselben Archive, zu Eilenburg ohne Tagesangabe ausgestellt, stimmt rücksichtlich der Formalien im Wesentlichen mit No. 19 überein.